

IN INDIA CUM TAGORE:  
MAGIA VERBI ET COLORIS

Versus maximi Indiani poetae Latine translati a Lucia Mattera

Raticulae e charta



Cotidie meas rates e charta  
mergo in fluvii aquam.  
In eis meum nomen et vici

Inscribo litteris auro illisis.  
Floribus carptis, alba surgente,  
empleo raticulas in undis currentes.




Est quidam fortasse, qui ludit mecum  
candidis nubibus similiter ac velis.  
An nubes sunt rates, quae ruerunt de coelo?



Insunt in illis nymphae noctis  
cum cistis plenis pacis et somnii.


Mirus occasus



Hodie, sole occidente,  
margaritae se sparserunt  
in Vesperis comas leves et splendentes.  
Condidi eas velut torques sine filo  
in corde secreto ut donum a sole amico.



Cycni dormiunt in silenti fonte.  
Coeli stellae tangunt meam frontem.  
Incipio cursum per astriferum polum,  
per aureum mantele cum animo volo.  
Agitur currus ab equis nigris,  
stillas relinquunt auratae lucis.  
Currus est longe, ubi est sua meta?  
Restat memoria in fronte poetae.



*Meum iter*

Erit meum iter erit valde diuturnum,  
longa est via at mirus cursus.  
Exii e vico in alba surgente,  
mundi deserta percurri lente.  
Reliqui vestigia in stellis ac planetis  
per vias remotas exploravi coelum.




Ianuae pulsandae, si es peregrinus,  
at cordis sacrarium est iam vicinum.  
  
Vagi erant oculi in cosmo infinito  
et Deum audivi in meo paradiſo.  
  
Lacrimae fluminum inundant mundum:  
ad auras spectans, preces diffundo.



**Fides**

**Puer spectabat coelum infinitum**

**et in suo animo nascitur unum quae situm:**



**“Ubi sit via ad Paradisum?”.**

**Nihil respondit coelum mysteriosum**

**at stellae lucebant in aequoreo polo.**



